HIERONYMUS. PS. IOHANNES CHRYSOSTOMUS. BEDA VENERABILIS

Göttweig, 2. Viertel 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36549
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

pharisei vero qui sibi adplaudebant in iustitia, e contrario ni
tentibus non debere populum dei qui decimas solueret et pri
mitiua daret et cetera quae in lege scripta sunt. huma
nis legibus subiacere. Caesar augustus herodem filium
antipatri alienigenam et proselytum regem iudaeis consti
tuerat qui tributis praeesset et romano pareret im
perio. Mittunt ergo pharisei discipulos cum hero suos
dianis id est militibus herodis. siue quos inludentes
pharisei quia romanis tributa soluebant herodi
anos uocabant. et non diuino cultui deditos. Quidam
latinorum ridicule herodianos putant qui herodem
christum esse crediderint quod nusquam omnino legimus.
Magister scimus quia uerax es et uiam dei in ueritate
doces. et non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis perso
nas hominum. Dic ergo nobis quid tibi uidetur. licet censum
dare caesari an non? Blanda et fraudulenta in
terrogatio illuc prouocat respondentem ut magis
deum quam caesarem timeat. et dicat non debere tri
buta solui. et statim audientes herodiani seditio
nis contra romanum principem teneant. Cognita
autem ihesus nequitia eorum ait. Quid me temptatis hypo
critae? Prima uirtus est respondentis interrogantium
mentem cognoscere. et non discipulos sed temptatores uoca
re. Hypocrita ergo appellatur qui aliud est et aliud simu
lat. id est aliud opere agit aliud uoce pretendit.
Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt
ei denarium. Sapientia semper sapienter agit. ut suis
potissimum temptatores sermonibus confutentur. Osten